

Testamenti exemplis illustrat. Verum istumodi sensus mysticus quam literalis est; licet divus Thomas et Glossa, et Sanctius noster alique hanc D. Gregorii sententiam litera accommodent et sequantur.

Tertis est Pineda nostri sententia putantis per reliquos, vocum proprietate servata, potentissimos et locupletissimos quoque intelligi, qui tandem justas superbie stultitiaeque suae penas luant, ita ut Eliphaz significet nihil omnino prodesse impiis excellentiam dignitatis aut optum maximarum affluentiam, quae supra reliquos mortales efferuntur, quò minus tandem justo Dei iudicio bonis omnibus exuti aeternis ignibus cruciandi addicantur. Quem sensum licet hujus textus germanum esse asserat Pineda, prima tamen Lyrani expositio, ut simplicior, ita littera congruentior videtur, et rationes superius allatas; quare ab illa minimè recedo.

Septuaginta denique hunc locum nonnihil aliter interpretantur videlicet Dei per ventum exprimentes, quo flores exciscentur, aduruntur et convelluntur; sic enim habent: *Insuperavit enim eis, et exaruerunt; interierunt, quia non habent sapientiam. Quemadmodum etiam superius versu nono hujus capituli dicitur ecclesiastici fiant Deo perisse, quia metaphorè eleganter declarat, quam facit Deo sit impius perdesse cum velerit. Haud enim magno apparatu bellico, aut militum instructo operoso, aut copioso exercitu opus habet, siquidem illo tantum volente, flante, aut jubente plecutuntur et exterminantur mortales, nulla iis vitandi ictus aut repellendi relictà potestate. At non quisquam objecerit Deum, imperio libitque suo cuncta moventem et gubernantem, temerè atque indietà causâ hominibus irasci, aut iis penas infligere, ideò negat hanc sine certâ ratione consilii accidere, sed ideò venire hominibus, quia non habent sapientiam, id est, quia Deum non timent aut reverentur: nam *initium sapientiae timor Domini*. Psal. 110, 10. Ita Olympiodorus in Catenâ Graeca.*

Ceterum circa ea quae hoc et sequentibus hujus libri capitulis in prolata cum Jobo disputatione ab Eliphaz coterminque amicis adferuntur, quæri solet quam cœterum dicta obtineant auctoritatem, præsertim quoad illas sententias, de quibus inter illos et Jobum convenit, quibus aliquid canonicam tribunt auctoritatem, eò quòd ut tales ab aliis hinc inde in Scripturis extra controversiam canonicis cœntur, ac confirmationis loco adhibeantur, ut patet ex loco CAPUT V.

1. Voca ergo, si est qui tibi respondeat, et ad aliquem sanctorum convertere.

2. Verè stultum interficit iracundia, et parvulum occidit invidia.

3. Ego vidi stultum firmâ radice, et maledixi pulchritudini ejus statim.

4. Longè fient filii ejus à salute, et contemnentur in portâ, et non erit qui eruat.

Apostoli primæ ad Corinthios tertio capite vers. 19, sub initium hujus capituli ad versus primi expositionem allato, et aliis Scripturæ locis à Pineda nostro in annotatione præviâ ad cap. 4, recensitis. Verumtamen cum, ut superius annotavimus, illa quæcumque adferuntur haudquaquam à Spiritu sancto excitante et illuminante, aut peculiariter virgule assistente dictata sint, quin potius ab ipsomet diabolo, qui gravissimis illis ad Jobum magis alligendum sententias suggererat, inspirata videntur, canonicam iis, præsertim prout ab ipsis processerunt, auctoritatem arrogandam minimè censeo, quandoquidem ad id quod falsum erat approbandum assumantur, quapropter etiam in fine libri reprehenduntur. Continent nihilominus veritatem certam, et Scripturæ auctoritatè proximam, ut argumentum prolbat, quoniam à Deo implicitè probari videntur. Nam si quando aberrant statim illos refutat Job, et à Deo arguntur, nosque illorum erratis erudimur et admonemur. Quinimo familiariter videmus cum Deo locutus fuisse satis patet ex capituli quinti vers. 16. Quamobrem Origenes et Nicetas in Catenâ, et Anselmus in Epist. 1 ad Corinth. cap. 5, vers. 19, plurimum iis meriti tribuunt. Unde colligitur et confirmatur id quod superius ad versum primum hujus capituli annotavimus, amicos hos fuisse viros probos simul et sapientes, quippe qui generales et indefinitas sententias passim proferant gravissimas verissimasque, licet diaboli imposturâ et illusionis decepti, quâ parte Jobo illas applicat perimque errent et hallucinentur. Cui errori haud parum patrocinarî videbatur usitatus illius temporis divina providentia cursus, quo ferè bona temporalia probis, et mala improbis immittebat, et vix unquam aut admodum rarò adversa probis evenire permittebat. Unde ipsi falsò decepti universaliter colligebant neminem omnino innocentem in hac vitâ flagellari, et adversis à Deo tentari, et consequenter Jobum, quem tam dirè flagellatum aspicebant, haud dubiè gravi aliquo scelere implicari debuisse concludebant. Itaque majores eorum propositiones veræ sunt, minores falsæ, uti et conclusiones. Sic enim plerumque argumentantur: Quisquis justè punitur à Deo, est impius; atqui tu, Job, justè puniris à Deo; ergo oportet ut sis impius. Quem tamen syllogismum subinde severtunt: Omnis impius justè punitur à Deo: tu es impius; ergo justè puniris à Deo. Atque hanc ob causam S. Gregorius, Philippus et alii dicunt illos gerere typanum hereticorum.

CHAPITRE V.

1. Si vous voulez me contester cette vérité, appellez donc à votre secours, s'il y a quelqu'un qui vous réponde, et qui soit de votre sentiment. Tournez-vous vers les justes, et voyez s'il y a quelqu'un des saints que Dieu ait traité comme vous.

2. Certes la colère de Dieu ne fait mourir que l'insensé; et l'envie, ou plutôt la fureur du Seigneur ne tue que les petits esprits qui l'ont mérité; mais aussi elle les extermine sans miséricorde.

3. C'est pourquoi j'ai vu l'insensé qui paraissait affermi par de profondes racines; et j'ai dans l'instant donné une malediction à tout son vain éclat, étant assuré qu'il serait

5. Cujus messem famelicus comedet, et ipsum rapiet armatus, et bibent sitientes divitias ejus.

6. Nihil in terrâ sine causâ fit, et de humo non oritur dolo.

7. Homo nascitur ad laborem, et avis ad volatum.

8. Quamobrem ego deprecabor Dominum, et ad Deum ponam eloquium meum:

9. Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero:

10. Qui dat pluviam super faciem terræ, et irrigat aquis universa:

11. Qui ponit humiles in sublime, et moentes erigit sospitate

12. Qui dissipat cogitationes malignorum, non possit implere manus eorum quod ceperant:

13. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, et consilium pravorum dissipat:

14. Per diem incurrit tenebras, et quasi in nocte sic palpabunt in meriede.

15. Porrò salvam faciet egenum à gladio oris eorum, et de manu violenti pauperem.

16. Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet eis suum.

17. Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes:

18. Quia ipse vulnerat, et medetur; percutit, et manus ejus sanabunt.

19. In sex tribulationibus liberabit te, et in septimâ non tanget te malum

20. In fame eruet te de morte, et in bello de manu gladii.

21. A flagello lingue absconderis, et non tibi mebis calamitatem cum venerit.

22. In vastitate et fame ridebis, et bestias terræ non formidabis.

23. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, et bestia terræ pacifica erunt tibi.

24. Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum, et visitans speciem tuam, non peccabis.

25. Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, et progenies tua quasi herba terræ.

26. Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut inferitur acervus tritici in tempore suo.

27. Ecce, hoc, et investigavimus ita est: quod audium, mente pertractâ.

bienôt dissipé, que sa prospérité ne passerait point à ses enfants.

4. Car ses enfants, bien loin de trouver leur salut dans la richesse de leur père, seront fouls aux pieds à la porte de la ville, où ils seront cités en jugement pour restituer les biens qu'il leur avait injustement amassés; et il ne se trouvera personne pour défendre leur cause, ni pour les délivrer des mains de leurs ennemis, tant ils seront abandonnés de Dieu et haïs des hommes.

3. Et ainsi celui qui mourra de faim mangera le blé de cet insensé; l'homme armé s'en emparera comme de sa proie; et ceux qui s'échaient de souffrir sa richesse.

6. Or tout cela n'arrive point par hasard, ni par un effet de la fragilité des choses humaines qui sont sujettes à ces résolutions: car rien ne se fait dans le monde sans sujet et sans une cause supérieure qui règle tous les événements; et ce n'est point de la terre que naissent les maux qui nous arrivent; ils nous viennent du ciel, c'est là que nous sont envoyés par un Dieu infiniment saint, et infiniment juste, qui ne nous châtie que selon que nous l'avons mérité.

7. C'est par son ordre que l'homme pécheur est né pour le travail et pour la douleur, comme l'oiseau pour voler.

8. C'est pourquoi, dans toutes mes prières, j'adresserai mes prières au Seigneur, et bien loin de m'emporter comme vous en des maledictions, et d'accuser sa divine providence de me punir sans Faveur méritée, je parlerai avec confiance et humilité à ce Dieu qui nous fait sentir partout les effets de sa puissance, de sa justice et de sa bonté.

9. Car c'est lui qui fait des choses grandes et impénétrables à l'esprit humain, des choses miraculeuses, et qui sont sans nombre.

10. C'est lui qui répand la pluie sur la face de la terre, et qui arrose d'eau tout l'univers.

11. Qui élève ceux qui étaient abaissés, qui console et guérit ceux qui étaient dans les larmes.

12. Qui dissipe les pensées orgueilleuses des méchants, et qui les empêche d'achever ce qu'ils avaient commencé.

13. Qui surprend les faux sages dans leur propre finesse, comme dans un filet, et qui renverse les desseins les mieux concertés des injustes.

14. De sorte qu'un milieu du jour ils trouveront les ténèbres, et ils marcheront à tâton en plein midi, comme s'ils étaient dans une profonde nuit.

15. Mais il sauvera le pauvre des traits de leurs langues, et de la violence de leurs mains.

16. Et ainsi le pauvre, qui aura mis sa confiance dans le Seigneur, ne sera point trompé dans son espérance; et au contraire, l'iniquité, qui se sera appuyée sur elle-même, demeurera muette, étant couverte de confusion et de honte.

17. D'où il faut conclure, qu'heureux est l'homme que Dieu corrige lui-même, et qu'il n'abandonne point aux égarements de son esprit et à la corruption de son cœur, mais qu'il s'efforce de ramener à la piété et à la justice. Ne rejetez donc point le châtiement du Seigneur;

18. Car s'il fait du mal, il donne aussi le remède; et si sa main blesse, sa main aussi guérit.

19. De sorte qu'après vous avoir affligé six fois, il vous délivrera; et à la septième, ne trouvant plus rien en vous de punir ou de corriger, il ne permettra pas que le même mal vous touche.

20. Au contraire, il vous sauvera de la mort pendant la famine, et de l'épée pendant la guerre.

21. Il vous mettra à couvert des traits de la langue perçante de vos ennemis; et si l'affliction survient, vous ne l'appréhenderez point.

22. Vous rirez au milieu de la désolation et de la famine, dont tous les autres seront affligés; et vous ne craindrez point les bêtes de la terre; elles n'auront rien de cruel pour vous.

23. Mais les pierres mêmes des champs seront d'accord avec vous; celles que vous rencontrerez en votre chemin ne vous blesseront point; et celles qui marquent les limites de vos terres, ne sortiront point de leur place; les bêtes sauvages seront douces pour vous, et ne vous feront aucun mal.

24. Vous verrez la paix et l'abondance régner dans votre maison; et le soin que vous prendrez de l'avancement de votre famille sera suivi d'un heureux succès.

25. Vous verrez aussi votre race se multiplier, et votre postérité croître comme l'herbe de la terre.

26. Enfin, plein de jours et de richesses, vous entrerez dans le sépulcre, comme un mouton de blé qui est serré en son temps, et dans sa parfaite maturité.

27. Ce que nous venons de vous dire est très-recherché et très-véritable, écoutez-le donc, et le repassez dans votre esprit, afin de le retenir, et d'en faire votre profit.

VERS. 1. — Voca ergo, si est qui tibi respondeat, et ab aliquo sanctorem convertere (1). Septuaginta

(1) Vix dubitandum, מַשְׁרֵפִים significari h. l. spiritus celestes, angelos, qui ipsi infra 15, 15, necnon Zach. 14, 3, Dan. 8, 15, eodem nomine appellatur, et supra 4, 18, ministrorum Dei nomine ab Eliphazo commemorati fuerunt. Ita expressè Alexandrinus: Ἡ σὺντα ἀγγέλων ἀρχαίων ἕξ, aut si quem sanctorum angelorum vides, ut vetus Latinus reddidit. Aliqui autem hæc ab Eliphazo ambiguo spiritu profecta putant, quasi non alio quam superiori seu celesti spiritu confutari possit. Quoniam enim oraculi auctoritate sese númerat, ut Jobum oppugnaret, non putasset tantum ingeni atque sapientie fore in Jobo, ut posset ad interrogata respondere, et ab ipso quesitis satisfacere. Quare jubere ut patronum advocet, qui pro ipso respondeat, alique nimirum superiorum spirituum, cui suæ causæ tutelam commendat. Quasi dicat: Ego à divino oraculo accepti quæ tibi trado, tu vide an aliquid habes à celo, aut à celestium aliquo, quod non tam meo quam divinis rationibus obtendes. Alii sic exponunt: Hæc tunc, quid ego sentiam, tibi exposui quod nemo innocens à Deo plectatur. Id si tu negas, celum atque advoca, qui tuæ sententiæ suffragetur, quo quidem significati verbum וְצַדִּיק et I Sam. 14, 39, occurrit. Multo magis placet Merceri expositio: Cohæret cum eo, quod supra (4, 18,) de angelis dixerat. Nam per sanctos angelos Dei hic intelligit; post nulla de hominum infimâ conditione interjecta, eodem rediens: Voca angelorum atque, et cum clamam, an verbum visum vel minus tibi respondeat, etc. suo sermone et affectu dignabitur? Nullum sanè creperis. Vides, quantum à Deo distes, quum ne angeli quidem, longè Deo inferiores, te sint allocuturi, si ad eos clamas, ob distantiam quæ inter te est, et illos. » Filio tamen disputationis maxime accommodatam A. Schultensii iudicio interpretationem: « Triumphat quasi Eliphazus, recitato oraculo, quo angelos quidem infamatos, nedum contaminatos mortales, ad præfulgens jubar sanctitatis influit. » Satis sanctus et purus esse pronuntiat, atque Jobum, cum Deo contendere ausum, provocat, ut eum, si lubeat, demum instet, et factori suo licentiam intendat, ac si injusè addictus fuerit, quum quicquid est hominum sanctorum, quin et angelorum, profiteri debeat: justus es, quum causam agis, et purus es, ac victor, quum iudicis; omnibus autè tribunalium victis, et causâ calenibus. Est autem hæc provocatio conjuncta cum ironiâ et illusionè, qualis caput Latinus in formula solemni: I nunc, te nunc, mortales, et magnis cogitationibus pectora implete, etc. Schultens non venit cum interrogazione, nam ait: (ut Thren. 1, 12, וְצַדִּיק) sed cum asseratione enuntilandum putat: Profero est: ecce est, ut verba nostra ita sint reddenda: I nunc, voca, clama; ecce est, qui respondeat tibi! Est, qui spiritus istos tibi frangat ac retundat. Existimat autem, Eliphazum vel semetipsum innuere, qui divinam auctoritatem, et celestis oraculi decisionem produxerat; vel Deum, hæc esse solemnia ac tribunalia promulgantem. Sensus tamen non miras idoneus prohi, referenti vi interrogantis in וְצַדִּיק, ut sit: Voca, etc! Num sit, qui respondeat tibi? atque ad quem sanctorum vertes? Periculum hæc si lubeat, novæ cum Deo contentions, atque advoca simul causæ, tum defensores: non erit sanè qui tibi respondeat, vel homo, vel angelus. Revenit omnes causæ tuæ defensionem; omnes uno ore, unâ mente, omnem suam sanctitatem deleri fulgore virtutum divinarum conturbantur, atque Deum etiam in iudicis gravissimis, quæ exerceat, infinitè iustum, infinitè purum esse, contestantur. וְצַדִּיק, respicies, convertes te, etc. quæ postpositum, ut Isa. 45, 23, ad opem nempe, et defensionem sibi comparandam, ceterum poterit, inversum reverè ad caput 4 pertinere; nam disputationi tibi deducte corundem veluti imponit, atque

legunt: Invoca autem, si quis exaudiat, vel si quem angelorum sanctorum aspicias. Quæ verba post revelationem seu oraculum superiori capite recensitum ab Eliphazo prolata, hunc sensum habent, ac si dicat: Si nihil est Dei revelatione loquenti non credis, ipsemet, si potes, Deum consule, aut ad aliquem sanctorum sive hominum sive angelorum convertere, qui errorem sanè gravissimum, in quo versaris, à te auferat, et ignorantie tuæ tenebras luce suæ irradiationis illustret, ut tandem manifestam defœcatis animi oculis aspicias veritatem. Ita D. Thomas locum hunc exponit clarè quidem meo iudicio ac dilucidè, ut non opus sit alias, loci alioquin non obscuri, plurimas diversissimæque interpretum explicationes adferre, præsertim enim esse Pinela noster et Sanctus fusè satis reenseant, et accuratè expandunt, adè ut his prolixius repetendis immorari vellet sit actum agere; quomobrem illis omissis, tantum hic paululum exactius expendendum iudico id quod ab aliis obiter dantur et quasi per transennam tangi et insinuari animadverto, scilicet quantum Deus nobis in sanctorum cultu et invocatione præsidium etiam ad hujus calamitose vitæ molestias superandas, tum ad futura gloriæ beatitudinem consequendam, situm esse voluerit.

Ac inprimis locus hic illustre nobis per sanctorum religioso cultu præbet testimonium contra hujus temporis hæreticos, qui sanctos ullo modo aut ratione à nobis invocandos esse negant, quinimò summi hoc piaculi loco ducunt, et manifestè impietatis atque idolatriæ insinulare minime verentur, quo fusè ac solidè omnimò, more suo, refutat noster Bellarmius tomo 2, ubi dicit, magnum ex hoc loco firmamentum sumere Orthodoxorum sententiam, non quidem ab auctore Eliphazo, qui, uti superiori capite notavimus, scriptor canonicus non est, in cuius personâ hæc à canonico scriptore recitantur, sed quia textus hujus verba manifestè probant et continent, ex tunc cum sarcasticâ increpatione primam illam convictionem claudit. (Rosenmuller.)

Utuntur quidam hæretici hoc loco ad impugnantiam invocationem sanctorum, quasi ipsi ignorent precès nostras. Sed valde imperitè. Nam Hebr. sonat: Convertere ad sanctos, an aliquem reperias, qui tibi sit similis, id est, circumspice an aliquis sanctus et iustus ita à Deo flagelletur, sicut tu, et cum neminem invenieris, intellige ex his plagis te non esse iustum. Certè manifestissimum est ex præcedentibus et sequentibus Eliphaz disputando nihil aliud voluisse obtinere quam Job pro peccatis suis à Deo flagellari. Ac si dicat: Cum homo Deo comparatione iustificari non possit, et in angelis suis reperit pravitatem, i nunc, et disputa cum Deo, quando nec ad aliquem angelorum merito audeas pro hæc tuâ sententiâ vultum attolere, cum et ipsimet inventi sint instabiles, quæ naturalitè suam. (Badius.)

Si la vérité vous est suspecte pour être prononcée par la bouche d'un homme mortel, et si les révélations ne trouvent point de créance dans votre esprit, conférez vous-même avec Dieu, et voyez si par l'assiduité de vos prières vous l'obligerez à vous répondre; ou si vous n'avez pas assez de crédit pour espérer cette faveur de sa bonté, adressez vous aux anges ou aux saints, et demandez par leur entremise ce que vous ne pouvez obtenir par votre mérite. (Senault.)

sanctorum præsertim angelorum patrocinium invocandi consuetudinem vuisse, quam sanè non humanè addiventione introductam, sed divinâ inspiratione jam inde ab orbis initio primis hominibus instillatam fuisse minime inficiabitur, quisquis hunc hierarchicum à Deo ordinem institutum non ignorat, quo, ut sancti Dionysii Areopagite verbis utar coel. Hier. cap. 4, ipsi primùm à Deo illuminantur, et per ipsos nobis nostræ revelationes transmittuntur. Sic igitur lex, ut divinus sermo testatur, per angelos nobis data est; et illos celebres ante legem et post legem patres nostros angeli ad Deum adducebant, aut eorum agenda erati exponentes, aut ab errore et vitâ profanâ ad rectam viam veritatis traducetes, aut manifestantes sacros ordines, aut mysteriorum, quæ explorandum sunt, abditas visiones, aut divinas quædam prædicationes, tanquam ipsius Dei interpretes, explanantes, etc. Quæ sanctus ille Pater toto libro verò divino ecclesiis Hierarchie, in quo sanctorum angelorum ordines ac functiones angelicæ potius, quam humano stylo describit, fusius prosequitur, ad tantorum nos patronorum cultum et observationem ubique provocans excitansque et iure quidem meritissimè; nam maxima illorum erga humanum genus beneficentia, quibus quotidie nos adficiunt, omne omnino grate ac pie mentis obsequium generationeque mereantur. Quod enim ioprimis cæcæ atque erroribus involutas hominum mentes et in rerum divinarum ignorantia versantes illuminant atque erudiant, quantum, Deus bone, beneficium est! Atqui proprium est angelorum munus communicare lucem mortalibus, in cuius rei symbolum in Exodo legitur angelum mirificè præsis luce ita faciem Moysis illustrasse, ut eorumna habere videretur, ob scintillantes radiantesque splendores. Per illud enim quod externâ in specie Moysi eveniebat dabatur intelligi, quid in animo ipsius angelus efficeret. Postò istiusmodi angelicâ illuminatio nihil est aliud quam infusa quædam piis mentibus rerum arcanarum atque celestium cognitio, quæ quânam ratione fiat, cum à Scholasticis ex professo fusè et argutè disputetur, non est nostri insituti ab his subtilem orationem mutari, cum ad illustrandum beatarum mentium beneficium parùm faciat de modo, quo res fiat, inquirere, si fieri consistit. Constat verò nos ab illis erudiri, cognitionemque capere rerum maximam atque utilissimam, denique mentem nostram tetra ignorantie caligine circumfusam humanissimè illustrari. Quare D. Athanasius, seu quis alius, qui misit Questiones ad Antiochum, quæst. 51, ait creatur angelorum esse τὴν ἐξουσίαν διδασκαλίας, ordinem ad docendum et illuminandum comparatum; et lib. de communi Essentiâ vocat illos ἐκπαιδευτὰς διδασκάλους, mortalium præceptores; quemadmodum magus Dionysius lib. de ecclesiis Hierarchie cap. 5, δυνάμεις ἰεραρχικὰς, virtutes hierarchicas, id est, rerum divinarum atque celestium et arcanarum inferuntias et interpretes. Quem locum S. Maximus et simul angelici nominis rationem scitè expendens ait angelos propriè sic nominatos, quia sacros homines attollunt ad cognatos sibi

divinos splendores. Atque hæc potissima, ut opinor, causa est cur Eliphaz hoc loco Jobum, quum gravissimè circa res divinas hallucinari existimabat, ad sanctorum aliquem angelum pro celesti lumine invocandum existimel.

Neque verò minus beatorum illorum Spirituum in nos beneficium est, quòd orationes hominum sæpè per se flaccidæ et inanæ, sæpè foculentas, et terrenis affectionibus ponderosas, suis quasi alis excipiant, et ad solum divinitatis attollunt, iisque viam et gratiam ac pondus adiciunt, quò divinum Numen nobis conciliant. Id quod excellenter expendens D. Hilarius Can. 18, in Matthæum ait illos à hominum desideria et postulationes ad æternum et invisibilem Deum ambiguo famulatu et ministerio pervehere. Quod ipsum D. Athanasius orat. 2 contra Arianos admiratur, dicens eos nobis inservire ἀνεργητικῶς καὶ κατὰ ἄνευ, sursum et deorsum commentes; aliquid nimirum doctissimus Pater ad Jacob scalam mysteris arcana plenissimam, in qua Cyrillus Alexandrinus lib. 4 Glyphyrorum expressum vult divinarum Spirituum τὸν καὶ τὸν ἀδελφῶν, sursum et deorsum discursum, pro salute et bono universalis. Id quod more suo pie S. Augustinus in Soliloquiis expendens, castrat, inquit, nobis solliciti discurrerent inter nos et te. Domine, genitris nostros atque suspiria referentes ad te, ut impirent nobis faciliè tuæ benignitatis propitiationem, et referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem. Hos ergo salutis et felicitatis nostræ patronos gratissimos, hæc noscetes de nostro sollicito, in quo infimo officio prosequamur et studiosissimè veneremur! Absit à nobis tam foeda et detestanda ingrati animi labes, que in solis orco jura devotis hæreticorum pectoribus infixa residet, quum possit à diverso omnem his cultum et reverentiam tribuamus, atque infimo animi sensu illos amemus, sic tamen, ut fateamur omnes et præ nobis ceruam, nullis olleis et religione consequi posse, et eorum erga nos studium et præstantem voluntatem acquisse videamur. Quò proinde nobis est providendum studiosius, ut saltem memori mente inexplicabilem eorum benevolentiam et illustria promerita versemus, et quotidianis votis celebremus.

Eandem ob causam sanctis quoque hominibus, quos Deus ob eximiam viam innocentiam et animi puritatem, divinasque virtutes beatissimum Spirituum coelibus aggregavit, ut S. Dionysius Ecd. Hier. cap. 4, loquitur, ἰσχυροὺς, pares angelis reddidit, par quoque pie religionis cultus merito debetur. Quomobrem sancti Patres tam sèculo nos monent, ut frequenter mentibus oculis animique religionem in beatos coeli civis et Dei amicos intendamus, idque propter duo potissimum quædam præstabilia commoda, quæ ab illis in nos derivantur, scilicet præsidium et exemplum, quemadmodum disertè S. Leo Pontifex Maximus in Oratione de sancto martyre Laurentio profertur dicens: « Mirabilis Deus in sanctis suis, in quibus nobis et præsidium constituit et exemplum. » Eodem sensu S. Augustinus lib. 20,

contra Faustum Manichæum ait populum christianum religiosè viros sanctos colere ad excitandum imitationem, et ut eorum orationibus adjuveretur, ubi id quod S. Leo vocat exemplum, S. Augustinus imitationem, et quod ille præsidium, hic orationum adjuvamentum appellat; qui sunt eximii duo illi fructus, quos ex sanctorum sacro ac religioso cultu referimus. De quibus apud se cogitans Nyssen Gregorius hom. 7, in Cantica dicere non dubitavit, quæcumque fiebant à sanctis (quos vocat θεοφόροι, id est, Deiferos, Deo plenos, et à Numine allatos) fuisse τὴν καὶ διδασκαλίαν, *typos et doctrinam*, sive eruditionem eorum que sunt ex virtute. Id quod divinè expendens B. Theodorus Studita, qui et ipse fuit multorum millium piè et religiosè viventium ductor et antesignanus, serm. 109, dicebat illos, qui præclarè vixerunt, esse illic quosdam præclarè postoris æmulationis obiectos, quod nimirum præstans eorum vita exemplis omnium virtutum illuminata clarissimis ad mortalium imitationem in consequens omne tempus recordatione transmitteretur. Hæc est enim divina verè suadela, quæ non verbis, sed virtutibus loquitur, nec muleat aures dictionis politæ sono atque dulcedine, sed cor vibrat et attollit in cælum.

Hic spectat laudabilis illa consuetudo jam inde à primis Ecclesiæ orientis temporibus, sancto Dionysio teste, frequentata, quæ juxta Canones antiquos sacro Missæ officio adjuungebatur τὸν ἱερὸν πνεῦμα ἀναγγέλλει, *sacrarum tabularum recitatio*, in quibus nomina continebantur eorum qui vitam piè religiosè que condescerant. Unde etiamnum hodiè usus obtinet, ut quotidie in Horis canonicis ad primam publicè in choro Martyrologium recitetur. Hujus autem sacre commemorationis ritum et utilitatem S. Dionysius ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 3, parte 3, § 9, his verbis sanè pulcherrimè describit: « Sacrarum porrò tabularum quæ post pacem adhibetur recitatio deprecatur eos qui sanctè vixerunt, atque ad probæ vitæ perfectionem constanter pervenerunt, nos quidem eorum imitatione ad beatissimum illum statum divinatæ sortem adhortando et manuando, illos verò cum viventibus celebrando, quippe, ut theologia docet, nequaquam mortuos, sed ex morte ad vitam divinissimam translatos. » Quare de omnibus παραστῆται, qui latissimè Dei societate et conspectu fruuntur, jure merito id dici potest, quod S. Augustinus serm. 5, de sanctis, de beato Stephano principe illo martyrum pronuntiavit, scilicet sanctos *omni Ecclesiæ datos esse ad profectum*; proficiunt enim nobis plurimum exemplo, præsidio, meritis, gratiâ apud Deum, benevolentissimâ suâ charitate atque oratione, quibus quam maxime juramur, instrumur, ad cælestia attollimur, et omni honorum genere cumularum, quoniam tanguntur omnino rebus nostris, et de nobis cogitant ut mystici corporis Christi membra, quæ sibi invicem compatiuntur, ut ejusdem matris filii, qui mirifico et perenni amore se delignant; hinc pro nobis summo Regi et Dominatori indesinenter supplicant de salute suâ securi, de nostrâ solliciti, fratrum suo-

rum curam providentiæque gerunt. Quod si enim nos tueri cõlites et juvare nollent, abesset illa patriæ charitas, quæ tamen à doctissimis theologis consummata et perfecta dicitur; si non possumt, deesset illa cumulatâ gloria, quæ omnem imbecillitatem inscientiamque absorbet. Quæ omnia cum indigna sint felicissimo gloriæ statu quo perfuuntur, fateamur necesse est, et velle sanctos atque posse nos favore apud Deum suo meritisque protegere, nos continuis attollere precibus et auctoritate, nos amore illo suo vivo et invito ad eundem honoris sinum et sempiternæ lætitiæ voluptatem velle adducere. Hoc qui negat, næ ille impius est, et ingratus, atque invidus gloriæ sanctorum, utpote qui nimio livore ac scelerati animi vitio excæcatus pulcherrimum eorum decus splendoremque non videat toto terrarum orbe radiantem, iteque non modò in Deum ac sanctos ejus contumeliosus et impudens est, sed in omnem etiam rerum universitatem, quæ sanctorum clarissimis beneficiis exornata est atque distincta. Quamobrem in eum qui tam clarè sanctorum gloria detrectat, cum verè stultus sit et invidus, jure optimo quadrat illud quod hic in sacro textu subjungitur.

VERS. 2. — VERÈ STULTUM INTERFICIT IRACUNDIA, ET PARVULEM OCCIDIT INVIDIA (1). Habet nimirum hoc vehemens iræ fervor, ut hominem impotentem ac stolidè irascentem gravissimè ledat, et nonnumquam occidat; habet id ipsum quoque ingens invidentiæ livor, ut invidium aliorum prosperitate tabescentem consumat et interimat. Est autem verborum Eliphazi sensus istiusmodi, q. d. Animaladvertite, ó Job, nimis impatienter excaudis, et eò prorupisse vesania, ut te tuus furor interimat; immane profectò stultitiæ monstrum est hoc ita furem et temetipsum discerpas, atque ita invidere aliene felicitati, à quâ justo Dei iudicio excidisti, ut præ livore contabescas, eo ipso parvulus et omninò vili effectus, quod alienam beatitudinem tuam esse miseriam arbitris. Atque hic est propriè sensus verborum.

(1) Pridem legebatur virum, id est, hominem stultum, sed rectè in Sixtinis Biblis restitutum est ad verbum *verè* et est asseverantis, ut patet ex Hebræis, Chaldeis et Græcis. Porrò pro *parvulum* Hebr. est vox que significat eum qui cor suum inclinat ad ea que videt. Sic enim verbum illud Hebræum Pagninus reddidit. Arias vocat *ardelionem*. Sensus totius verus est, malos affligi suis ipsorum vitis, utpote quod causam sui tormenti intra se gerant. Sic nihil miserius est aut inquietius homine invidio, et rerum alienarum, aut earum que supra ejus conditionem sunt, appetitore. Verissimumque istud Stoicorum: *Omnia malus est miser*, potest etiam sic intelligi, quòd unquamque vitia et peccata sua tandem ad miseriam et interitum ducunt. (Estius).

Stultus et parvulus hic, ut et in Proverbiis Salomonis, sæpè usurpantur pro peccatore et homine qui malo agendo fallitur. Jobum insimulare videtur Eliphaz, quòd se in diversa trahendum permiserit ab irâ et invidia, non potius furore. Accusat illum demeritæ, animi cæcitatè et inconsiderantiæ. Hic versiculus cum precedente jungi potest in hanc sententiam; interroga quem malueris; à viris sanctissimis exquire utrùm Deus furorem suum nonnisi adversus impios semper exercuerit, et indignationis suæ scopum impios et stultos sibi constituerit. (Calmet).

rum Eliphazi, quæ quidem in terminis generalibus proposita longè sunt verissima, sed perperam ex mente Eliphazi Jobo, utpote viro innocentissimo, et ab istiusmodi passionibus alienissimo, applicantur; quamobrem ut in particulari verificentur, in homines iracundos et invidos, illos quidem dementes, hos verò degeneres et exiles derivanda sunt.

Expende autem adverbium *verè*, pro quo in aliquibus codicibus legitur *virum*; sed in Hebræo habetur adverbium *chi*, quod significat *certe, equidem, sine dubio*. Septuaginta vertunt, καὶ γὰρ, etenim. Observa itidem quàm apertè iracundum ore pleno *stultum* appellet. Est enim iracundia inimica consilio, et bonas mente collectas rationes disturbat, sic ut tanquam amens se homo gerat. Unde prudenter priscus ille Cato: *Iratus, inquit, non nisi tempore distat ab insano*; et Philæmon ait: *Μακροβία πάρος ἐνδραν ἐργυρέμω, insanimus omnes cum irascimur*, cui consentit Arnobius lib. 1 contra Gentes, dicens: *Quid aliud est irasci quàm insanire, quàm furere?* Sanè si Senecam audimus lib. 1 de Irâ cap. 4: *« Nihil moderatum sanè det hic affectus, totus in impetu doloris est, armorum, sanguinis, suppliciorum, minimè humanâ furens cupiditate; dum alteri noceat sui negligens; cin ipsa irruens tela, et ultionis secum multa tracturæ avidus. Quidam itaque è sapientibus iram dicere brevem insaniam; æquè enim ac illa sui impotens est, decoris obliata, necessitudinum immemor, in id quod cepit pertinax et intenta, rationi consilisque præclusa, vans agitata causis, ad despectum æquiperque inhabilis, ruinis simillima, quæ super id quod opprèssere franguntur. »* Ita benè quidem Stoicorum ille, sed divinè longè S. Gregorius lib. 5 Moralium cap. 51: *« Per iram, inquit, sapientia perditur, et quid quove ordine agendum sit omninò ne sciatur, sicut scriptum est, Eccl. 7, 10: Ira in corde stulti requiescit; quia nimirum intelligentiæ lucem subtrahit, cum mentem permovendo confundit. Per iram justitiâ relinquitur, sicut scriptum est, Jac. 1, 20: Ita viri justitiam Dei non operatur; quia dum perturbata mens iudicium suæ rationis exasperat, comeque quod furor suggerit rectum putat. Per iram egratia vitæ socialis amittitur, sicut scriptum est: Prov. 22, 24: Noli assiduum esse cum homine iracundo, ne discas semitas ejus et somas scandalum anime tue; item, Prov. 18, 14: Quis poterit habitare cum homine, cujus spiritus facilius est ad irascendum? quia qui se ex humanâ ratione non temperat, necesse est eum bestialiter solus vivat. Per iram lux veritatis amittitur, sicut scriptum est, Ephes. 4, 26: Sol non occidat super iracundiam vestram; quia enim menti iracundia confusionis tenebras iniecit, huic Deus gradum suæ cognitionis abscondit. Per iram sancti Spiritus splendor excutitur, juxta quod scriptum est, Isaïæ 66, 2: Super quem requiescet Spiritus meus nisi super humilem, et quietum, et tremementem sermones meos? Cùm enim humilem diceret, quietum, protinus adjunxit. Si ergo ira quietem mentis subtrahit, suam sapientie spiritui habitationem claudit, cujus*

recessione animus vacuum ac apertam mox insaniam inducit, et usque ad superficiem ab imo cogitationum fundamentò dissipatur. Nam ira suæ stimulis cæcensum cor palpat, corpus tremit, lingua se præcipit, facies igeoscit, exasperatur oculi, et nequaquam recognoscuntur noti. Lingua quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat, etc. Ita divinè sanctus ille Pater, qui ibidem ira mala gravissima fusiùs prosequitur, iratos cum arreptiis comparando, quibus meo quidem iudicio nihil præclarus, nihil ad hunc locum illustrandum aptius adferri potest; plura qui volet iræ damna intelligere, consulat S. Basilium oratione decimâ, quæ tota est de hoc argumento, et Tollenarium nostrum in Speculo vanitatis ad Ecclesiastæ cap. 7, vers. 10, et quæ inferiùs ad cap. 18, vers. 4, annotavimus.

PARVULEM OCCIDIT INVIDIA. Hoc enim pusillorum proprium est vitium, quibus invidia maximè dominatur, ut ad hunc locum D. Thomas et reliqui interpretes animadvertunt. Quemadmodum scilicet Planeta superior haudquaquam inferiorem, sed vice versâ inferior superiorem eclipsat et obscurat, ita viri magni nunquam parvis et abjectis hominibus invident, sed è contra pusilli et vilissimi homunciones heroici et majoribus plerumque invidere consueverunt. Siquidem invidia necessariò est potentie comes, adeò ut nulla fuisset in terris hominum invidia, si æqualis fuisset hominum conditio, quoniam, ut Cicero lib. 2, de Orat. ait, *invidetur tantum præstanti florentique fortunæ*. Unde Romani quamdiù ceteris nationibus potentia opibusque præstantibus, quod esset in primis generosi, nullâ olim agitabantur invidia, de quibus in libro Machabeorum disertè dicitur, 1, cap. 8, lib. 2, *Non est invidia neque zelus inter eos*, quantum postmodum eorum animis unâ cum potentia decreverunt inter eos quoque invidentiâ gliscere cœperit, et in tanta republicæ ruinam accreverit, ut ibidem Lyranus advertit. Quin nec angeli quamdiù in statu gratiæ fuerunt nulli hominum invidiâ laborarunt, si vera est S. Chrysostomi opinio hom. 22, in Genesin sic scribentis: *Quomodo rationi consummum est angelum incorporeum, et in tali dignitate constitutum, homini invidere corpore circum amieto? Sed invidit, qui à supernâ gloriâ in extremam ingominiam dejectus est; quasi scilicet invidia conditio adeò vili sit et abjecta, ut non nisi in vili abjectaque natura, aut certè in vili abjectoque statu reperitur. Unde pulchrè ad hunc locum S. Gregorius lib. 5 Moralium cap. 52: *Invidere, inquit, non possumus nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus. Parvulus ergo est qui livore occidit, quia ipse sibi testimonium perhibet, quòd eò minor est cuius invidia torquetur.* Quod deinceps plurimis exemplis et testimonis confirmat.*

Notandum in Hebræo pro *parvulo* haberi פַּרְוֹלָה, quæ vox ut variâ significat, ita variè hoc loco patitur expositiones; Septuaginta transtulerunt ἀσθενήσαντες, *errantem*; Aquila ἀσθενήσαντες, *illicebis deceptum*; Chaldeus verò שֶׁבַרָה *sebara*, id est, *stultum*; qui-

asperos et inopinatos ita undique tuta et munita est, ut nullam unquam cladem metuat? non plurima in dies incommoda et adversa experitur? Quinimodum prospere succedunt ex voto omnia, et blandientis fortuna zephyri ad ipsimet beatitudinis portum felicissimè impellere videntur, tum vel maxime, ut ludentibus in salo delphinis, timenda est tempestas et periculosa jactatio, quæ pristinae felicitatis naufragium sit allatura. Id observatum est à sapientibus et magno judicio viris, prosperrimam illam fortunam et sublimis elatum esse ruinæ finitimam, et è jucundissimo illo statu pronam esse viam ad mororem, ad fletum, ad infelicitatem, quasi providentia sit commue ratumque decretum, quæ maxime lucent et efflorescunt, ea inclinari et prostrari et inobscurari oportere. Ut enim solent arbores protinus nonnumquam emori, si quando præter solitum fecundata fuerint, ita fortuna præter morem blandiens ea favens exitium imminere sæpenumero significat.

Hujus rei minime ignarus Mediolanensis Pontifex Ambrosius cum ad beatulum quemdam divertisset, quem unum furiosæ fortunæ manus intactum semper habuerat, eamque didicisset tam secundis vii rebas tamque ex voto honorum omnium copiâ circumfluere, nihil ut unquam accidisset quod perennem illam malaciam turbare posset, ne temporis quidem punctum isdem in rotilibus cum illo versari voluit, cum præsigret animo mox futurum, ut improvisa et luctuosâ pernicië opprimeretur. Quemadmodum enim non raro lit ut cælo maxime sereno sevens imber subito cooriat, ita rebus maxime prosperis ac lætis sæpenumero gravissima rerum incidit perturbatio. Varia nimirum est vite commutabilisque ratio, vaga volubilisque fortuna, inquit Cicero, quam jure merito insanam esse et cæcam et brutam perhibent philosophi, cæcam quidem, quia nihil cernat, quò sese applicet, insanam autem, quia atrox, incerta instabilisque sit, brutam denique, quòd nullis officiis aut obsequiis delineatur, sed maxime seviat in eos qui studiosissimè illam coluerant, et quibus artissimè devincta videbatur. Scilicet sicut hedera complexu suo necat arbores, ita fortuna prospera dum blanditur strangulat et perdit quo complexa est. Testis hujus rei lulentinus est Aman Assueri regis potentissimi purpuratus, et supremus Aule Regie palatinus, qui cum polleret potentia maximâ, splenderet opibus, fulgeret honoribus planè regis et amplissimis, omnia denique alia haberet quæ beatissimum efficere putantur, in mediâ illa glorie pompâ Mardochei contemptu atque animo alio urbebat, et fortunæ oblitus suæ, et post regem gloriosissimæ amplitudinis et majestatis, se miserimum, nudum et egentem pronuntiabat. Anno vero eo ipso quo maxime gloriabatur, et omnibus lætitiis incedebat, ad ærumas et extrema omnia est dejectus? ita sanè est. Cum præciperet jam animo incredibili voluptatum è supplicio Mardochei, pro quo patibulum cubitorum omnino quinquaginta extruxerat, cum magnificè prædicaret sortem suam, quòd apud regem unice gratiosus, reginæ Estheri charus,

et vocatus ad convivium esset, subito se vidit ab Esthere proditum, à rege damnatum, horrore confusum, ante mortem examinem, in ipso denique patibulo, quod Mardocheo preparaverat, ignominiosissimè pereuntem. Labet hic cum Cicerone exclamare: O miseram vite rationem, quæ tamdiu residet in voluptate quamdiu fortunæ poscit libido! ò vultorem fortunam, quàm citò omnia ex lætitiâ et voluptate ad luctum et lacrymas recidunt! ò fallacem hominum spem, fragilemque fortunam et inanès nostras tentationes, quæ in medio spatio sæpè franguntur et corrumpunt, et ante in ipso portu obruantur, quam portum conspiciere poterint! Sunt innumerabilia in omni genere Annalium istiusmodi fortuna: ludibria et exempla, quæ, ne justo prolixior sim, prætereo. Neque verò parentes duntaxat impios tam dira sors versat, quin et filios non raro posteroseque ruinæ majorem involvit.

VERS. 4. — LONGE FIENT FILII EIUS A SALUTE (1), ET CONTERENTUR IN PORTA, ET NON ERIT QUI ERUAT. Prædicat et arguatur quoque filiis mala obventura, siquidem parentum iniquitas impiorum in filios veluti transfusa in pœnæ et infamie sementem verti solet, uti eleganter D. Petrus Chrysologus Serm. 5: «Parentis, inquit, vitium filiorum exitium. Numquid non in semine tota arbor? vitium ergo seminis vitium est totius arboris.» E contrario argumentatur divus Paulus dicens, Rom. 11, 16: *Si delibata sancta est, et massa; et si radix sancta, et rami.* Nam, ut exponit Theophylactus, necesse est fermento massam, et radicè ramos, hoc est parentibus filios, assimilari. Itaque quales sunt majores, tales plerumque et posterius esse solent, adeò ut bona vel mala quæ faciunt, non tam patrare quàm hereditate videantur, juxta illud, Isaia 5, 18: *Vae qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis;* ubi idem est trahere in funiculis atque hereditare, nam apud Hebræos funiculis hereditates dividebantur, juxta illud, Ps. 77, 54: *Sorte divisti eis terram in funiculo distributionis.* Quod cave ita intelligas, ac si naturâ ipsâ parentum peccata in filios transfundantur, quemadmodum pessimi quidam in suorum excusationem peccatorum prætereant, pro umbone usurpantes illud Prophete dicentis, Jerem. 15, 25: *Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas; et vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.* Ex quibus verbis colligebant non minus naturalia esse filiis vita parentum, quam Æthiopi et pardò nativos colores. Non sunt, inquam, hæc Scripturæ loca sic intelligenda, sed solum secundum figuratam et hyperbolicam loquendi formam explicanda, ita nimirum, ut velut vere rates tam ordinarij esse filios patrisare, seu parentum mores

(1) *יָרֵחַ* Procul sint, etc., ut sit forma maledictionis. *Elongabuntur*, etc. (Sub.: *Dixi apud me; à salute; i. e., vel, 1^a animæ; à redemptione in seculo futuro, vel 2^a externa, et à defensione hominum; ab auxilio divino, ab omni felicitate.* *ix porta*, id est: in judicio palam; nam in portis exercebantur judicia. *Causa cadent in judicio*, Ps. 109, 7. *Judicio pleccentur*, scil. ob pravam institutionem; indulgentia patrum filiorum exitium; vel, quia coeptam à parentibus impietatem sectati sunt. (Synops.)

referre, ut hoc illis naturale quodammodò videatur. Alioquin non necessitatis ista sunt, sed libertatis, ut egregiè D. Hieronymus ex illis verbis Jeremiæ cap. 15, 25: *Cum didiceritis malum*, concludit dicens: *Quidquid enim dicitur non natura est, sed studii, et propriæ voluntatis, quæ nimia consuetudine et amore peccandi quodammodo in naturam convertitur.* Unde infero, sicut filii se faciunt participes culpam, quæ in parentibus hæserunt, ita se facere participes et peccatum ac suppliciorum. Cujus rei plurima eaque evidentissima libri Regum exempla nobis subministrant, in quibus sæpè narratur regnum Israël ab unâ familiâ in aliam longè diversam fuisse translatum, filiisque non raro propter parentum scelera creptum fuisse imperium, quemadmodum de Baasa disertè scribitur, 3 Reg. 15, 29: *Cumque regnasset, percussit omnem domum Jeroboam; non dimisit ne suam quidem animam de semine ejus, donec deleter eam.* Simile quid hoc loco insinuat, cum dicitur: *Longè fient filii ejus à salute;* ubi est hypallage, pro, longè à filiis ejus salus; quomodò in Psalmis habetur: *Longè à peccatoribus salus*, id est, non dabitur eis auxilium. Simile est et illud: *Longè à salute meâ verba delictorum meorum;* et infra Job ait: *Velut nubes transit salus mea*, id est, mox longè à me secessit auxilium. Quando igitur filii hominis impij vexantur et calamitatibus opprimunt, nemo eis aut opè aut consilio aut alio quovis modo aderit, sed omnes eos deserent et ab illis secedent. Hoc enim significat id quod sequitur.

ET CONTERENTUR IN PORTA, ET NON ERIT QUI ERUAT. Septuaginta vertunt: *κατασφραγίσαντες, ὅτι ἐνὶ θύραις ἡ πόλις, καὶ οὐκ ἔστιν ἐπιβοήθησις, et conterantur super januas minorum, et non erit qui eripiat.* Ubi verbum illud *κατασφραγίσαντες*, notat Olympiodorus idem valere atque *επισφραγίσαντες*, conterantur, itemque quod *κατασφραγίσαντες*, attenuentur, idèoque pro eâ dictione Aquilam quidem dixisse *επισφραγίσαντες*, conterantur, quam lectionem habet Complutensis, Theodotionem verò *κατασφραγίσαντες, confRACTI sunt*, Symmachum denique *κατασφραγίσαντες, humilitentur*; in alio tamen Scholio Theodotoni tribuitur *κατασφραγίσαντες humiliabuntur*. Quod autem dicit *in porta*, id est palam, loco publico, vel à judicibus. Fiebant enim olim judicia in portis civitatis, ut colligitur ex Genesis cap. 54, vers. 20; Deuteronomij 22, vers. 21; Ruth. 1, vers. 1; Amos 5, vers. 10, et passim alibi. Cujus consuetudinis multiplex est ratio, una, quam divus Gregorius, lib. 21 Moralium cap. 15, inculcat: «Ut urbem, in qua concorditer oportet vivere, discordes minime intrarent; et eandem lib. 19, cap. 11, jam antea assignaverat dicens: «Ut tantò esset pacificus urbis populus, quanto ad hæc discordes ingredi non liceret.» Altera ratio est, quam tradit S. Hieronymus in Amos 5, his verbis: «In portâ judicia fuisse legimus, ne agricola ad causam veniens frequentia civitatis et novoterreretur aspectu.» Quasi rusticana illa simplicitas inter urbanos strepitus ita posset perturbari, ut etha ab agenda et peroranda causâ impediatur. Adde posset tertia ratio, ne videlicet probitas

illa, et innocentia et candor rusticanus inter urbanas fraudes, dolos et flagitia aliquid peccandi periculum incurreret, à quo ut facilis eriperetur, etiam à primo civitatis ingressu arebatur. Quarta denique et verissima ratio videtur illa, ut nimirum judices in promptu essent, et faciliè posset à litigantibus conveniri. Quæ est sententia Lyranj ad hunc locum. Aut certè ut omnes Judicum presentia in officio continerentur, loco maxime publico erant constituta judicia, uti et patibula ad terrorem scilicet malorum, securitatem verò bonorum. Prædicat itaque futurum, ut filij hominis impij publicè in judicio damnentur, et infami ac improbiâ morte pereant, nec ullus eorumdem commiseratione tangatur. Simile est illud quod in Psalmis inter diras Hebræorum numeratur: *Cum judicatur, exeat condemnatus.* Et paulò post: *Ne sit qui miseretur pupillis ejus, ita nimirum ut neque judicem neque advocatum ullum habuerit sint propitium, quos Deus ob parentum scelera punire decreverit.*

Alii per portam hoc loco non publicam civitatis, sed privatarum ædium januam intelligunt, eò quòd Septuaginta vertant: *κατασφραγίσαντες δὲ ἐνὶ θύραις ἡ πόλις, conterantur super januas minorum*, vel, ut ali transferunt, *tanquam porci versentur in portis inferiorum*; verbum scilicet *κατασφραγίσαντες* à nomine *κατασφραγίσαντες*, derivantes, quod *porcellum* significat, ut sit sensus, filios impiorum contempit, viles et abjectos adinstar porcorum micas, quisquillas et putamina nucum, et similia rerum abjectissimarum porrecto rictu præ fame et inediâ, quibus pascantur, rimantur, et infami modo questuosis idque in januis minorum, id est, ignobilium et plebeiorum hominum, qui quondam illis minores et ignobiliores fuerant, significans illos ad extremam inopiam et mendicicium redigendos, quemadmodum in Psalmis de impij progenie dicitur, quia famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem, psal. 58, 15, ostiatim scilicet mendicatio victum querentes, quod, teste Fulgentio, de prisco sermone, à Latinis *catillare* dicitur, id est, ut ipse exponit, per alienas domos instanter gyrare, verbo à catulis vicium civium ædes et tabernas circumcursantibus derivato.

VERS. 5. — CUIUS MESSEM FAMILICUS COMEDET, ET IPSEM RAPIET ABIMAT, ET ERIBUNT SUPTENTES DIVITIAS EIUS (1). Pergit studio diviti, presertim avaro et injusto

(1) Exaggerat infelicitatem et miseriam summam filius improbi. *כֹּחַ בְּיָדֵי דָבָר* *Cujus (sati, stulti v. 2, sequi. Relativum cum sequentis nominis suffixo format Latinorum genitium, ut supra, 4, 19, infra, 6, 4) messem famelicus comedit. Messum dicit, non alia bona, quia jamjam sperabat sese eam collecturum; sed secus accidit, ut à famelicis rapiatur et comedatur, crepto ei quod in manibus tenere putabat, ad majorem cruciatum et miseriam, Hebræi notant, famelicus mentionem fieri, qui etsi imbecillis sit, eò tamen sit superior et ei prævaleat. Aralis: Qui mesuit, famem comedit. Sed rectius Chaldaeus: Cujus messem famelicus comedit. Hieronymus: Cujus messem famelicus comedit. Alexandrinus: A quo dicitur congregaverunt. Iusti comedit. Verba *כֹּחַ בְּיָדֵי דָבָר* quod*

maledicere; et sicut ejus filios procedenti versu male perituros praedixerat, ita nunc opes ejus à furibus et *messis ejus* (erat), significare opimatus est, et famelicis pauperes pios intellexit. Pro quo tamen recte Aquila *εὐνοῖαν ἐπέγραψα*, et Symmachus *ταπεινὰ ἐθήρατα* posuerunt. In verbis, quae proximè sequuntur, difficultatem creat dictio *בְּיַדֵּי*. Eam veterum plures *armatos* interpretati sunt, quasi ad *ידֵי חַיִּל* *clipeus*, referenda esset. Illi verò sine dubio *בְּיַדֵּי* (participium formae *hiphal*) legerunt, quod ipsum de Rossi in septem codicibus, et in Aegographis Neopoli 1487 in 4^{to} editis, reperit. c. later hoc codices, quod de Rossi in Scholis crit. ad h. l., non modo bini Hispanici qui pro correctissimis habentur, sed quod mirum, Hibernicus ipse ad ejus nomina Hispanici eodè solent corrigi. Ita etiam per schava sub *ב*, sen in participio legant alii sex ex meis codicibus, sed tres plene *בְּיַדֵּי*, ac si esset à *בַּי*, alii tres omissi, vel ad *ב* (transpositio *gatesch*.) Ita Chaldaeus: *Et bellatores cum armis bellicis abducent eum*. Hieronymus: *Et ipsum rapiet armatus*. Aquila: *Αὐτὸς δὲ πρὸς ἐξέλιαν ἀφῆραται*, et eodem planè modo Symmachus, nisi quod is in plurali vertit: *Αὐτοὶ δὲ πρὸς ἐξέλιαν ἀφῆραται*. Quae sententia parèll ad seriem apta. Syrus: *Et ad silum abducentur*. Retulit nostrum *בְּיַדֵּי* ad *בְּיַדֵּי אֶרְדָּא* *ardas fut*, unde Samaritanum *בְּיַדֵּי אֶרְדָּא*, quod Samaritanus interpretes Deut. 8, 15, pro Hebraeo *בְּיַדֵּי אֶרְדָּא* *siticae*, posuit. Et Syrus h. l. *tractam siticalosum*, i. e., desertum intellexit.

Quod verò hodie in libris longe plerisque legitur, *בְּיַדֵּי*, testis sat vetustis Alexandrini interpretis, auctoritate firmatur, qui sic vertit: *Αὐτὸς δὲ ἐκ τῆς κείνης αὐτῆς ἐκαρπύθηται* (Lat. vet. *Ipsi vero de malis non liberabuntur*). Videlicet *בְּיַדֵּי*, quod proprie *aculeos*, *spinas* denotat, intellexit de periculis summi noxii, de quibus Proverb. 22, 3, usurpatur. Pro *בְּיַדֵּי* vel *ante* *בְּיַדֵּי* Graecus legit *κατὰ*. Sed neque à lectione recepta, neque ab eò nominis *בְּיַדֵּי* significatione, quam in Proverbis habet, discedere opus est. Vertendum: *Et vel ex spinis cepit, rapiet eam* (messen) pauper praefame, i. e., nulla custodia, nullum septum è spinis contextum (*בְּיַדֵּי* Isa. 5) impedimento fuit pauperi, quominus in divitis improbi messen irrumpat, conculcato septo. Particula *וְ*, h. l. non, ut aliis hand raro ante *בְּיַדֵּי* redundat, ut Levit. 4, 12. *Et educet totam illam puerocum* *בְּיַדֵּי* *בְּיַדֵּי אֶרְדָּא* *castra castra*, vide Deut. 23, 11; sed intendit significationem, quasi dicitur: *Et inquit, ut vel è spinis rapiatur*. Rectè igitur Buxtorfius in Thes. Grammat. p. 579, haec verba sic explicavit: *E spinis capiet eam*, est, ut aliàs dicitur *וְ*, ut Deut. 4, 32, Jerem. 7, al., *inde è spinis usque que*, vel: *E medio spicarum*, hoc est, etiam magnò tacto, et molestis plurimis eam capere debet.) Rationem et naturam pleonasticae hujus dictionis expositam vide in Storri *Observat.* p. 289, not. Conf. Noedi *Concordant. particul.* p. 62, et not. 577, ed. Typog. Chronasterius in libro de Est ling. Arab. in libro Jobi, p. 401, nostrum *בְּיַדֵּי* exponit ope Arabici, *fascella plicatilis*, in qua panis reponitur, *spe panarium*. Vertimus igitur: *Et è panariis* (seu locis et vasis, ubi panis reponitur) *surrepiet eam*. Dicit: Sermo est de messe, quae non reponitur in panariis, sed è horreo. Resp. Neque messis comeditur, quod tamen è antecedentibus verbis dicitur. *Messis enim metonymicè ponitur pro pane è messe confecto*. Inquit igitur Eliphaz, adeo impium messe suà, seu frugibus eius non fruaturum, ut si vel maxime horreis luteat, panem tamen inde paratum vel è panariis alii sint surrepturi. Eadem, quae Cromierus, significationem nostrum nomen h. l. capit. A. D. Michaelis in *Supplem.* 2171, hoc tamen discrimine, quod *בְּיַדֵּי* legendum, et sic vertendum putat: *Et in castris colligit illam*, messen improbi. Sed quum processerit, famelicum comedere messen divitis, sane parum aptè subjiceretur, in castris illam colligere famelicum. Nullius momenti est, quod Michaelis interpreta-

latronibus diripiendâ ac dissipandâ nun in vauum auguratur, messen quidem ejus furi famelico, ipsum verò praedoni armato, divitias denique ipsius (quae tunc temporis potissimum copiosissimè, et frumentum et oleo proveniens constabant) sitentiosis pauperibus destinans. Frustra igitur, inquit, vir dives, stultus et avarus amplissimam frumenti ac frugum messen convehere et in horrea recondere festinat; cùm fur fame incitatus eam vel antevertat, vel jam reconducit clepat, quin et ipsemet non raro praedoni armato praeda fiat, ac tunc reliquae ejus opes domino destitute à latronibus avidissimè diripiuntur, et non secus ac aquae vivae poculum à situlentosis facillimè exhauriunt. Haec lerè propria et quasi ordinaria est divitis avari sors ac poena ipsismet divites Hebraeorum à Davide inserta, ut scilicet diripiuntur alicui labores ejus, psal. 108, 11. Id quod plurimis eventibus tam antiquis quam recentioribus confirmari potest, et quotioni nobis probatae. *Messen ejus è spinis auferet*, obvertit, Hebraice illud *בְּיַדֵּי* *בְּיַדֵּי*, neutrumque *בְּיַדֵּי* *אֶרְדָּא*, sonare; nam vltimus *אֶרְדָּא*, nec posterius usque lingua repugnare. Non minor interpretationis varietas in vltimis hujus versibus, verbis: *אֶרְדָּא* *בְּיַדֵּי* *וְ* *וְ*. In quibus potissimum *בְּיַדֵּי* negotium facesset. Plures *sitibundum* vertunt, qui famelicò, *בְּיַדֵּי*, henistichio priori, sit oppositus, à verbo *בְּיַדֵּי*, quod significationem cum *בְּיַדֵּי*, *sitit*, communem habere opinantur. Ita Hieronymus: *Et bibet sitientes divites ejus*. *Sitientibus* intellexisse videtur egnos et avilos. Concinit Aquila: *Αὐτὸς αὐτῶν δὲ σπινθηρὸν ἀρῶν, Et Symmachus: ἀναρπύζονται ἀπὸ τοῦ θύρου τοῦ σπίνου*. Eadem notione adscit, sed sensu diverso, Syrus: *Et perdet siliis, siccitas, possessiones eorum*. *Quae Arabe expressit: Et penetrabit siliis in vasa eorum*. Sane perquam apta, etiam ob verbum *בְּיַדֵּי*, *sitientis* mentio est, nec tamen illa ex significationum convenientia in verbis *בְּיַדֵּי* et *בְּיַדֵּי*, quae mera est conjectura, sicut ex Arabico petenda est, *silex, lapis durus*, unde terra *limpidosa et arenosa*. Eodem tenit Aben-Esre glossa: *Sans, qui dicitur, בְּיַדֵּי in lingua Arabica, lapidem durum significare*. A silice verò, omnis humoris experte, *sitientis* videtur appellatus esse *בְּיַדֵּי* (nomen formae *בְּיַדֵּי*, *malleus, bors, justus*), quem admodum versu vice à *בְּיַדֵּי* *sitit*, *בְּיַדֵּי* est *terra arida*. Alii *בְּיַדֵּי* *pradoneum* interpretantur. Ita jam Chaldaeus: *Diripiunt divites facultates ipsorum*. Existimant verò Hebraei praedonem *בְּיַדֵּי* appellari à *בְּיַדֵּי*, *omnia, quasi comatum dicas*, quod in sylvis latens comam alere et horridis incedere solet, more hominum sylvestrium et ferocum. Praestat tamen, nostro quidem iudicio, *בְּיַדֵּי* cum interpretibus veteribus, si Ghaldæum excepimus, omnibus, *sitientium*, interpretari, quod is opinio est *בְּיַדֵּי* in priore hemistichio correcte. Utroque significatur homines avidissimè ex summa indole facti. *Comedit famelicus messen*, et *sitientis absorbet divites*, quae uterque duntaxat famem et sitim explere cupit, unde fit ut omnia vorent et hauriant usque ad feces. *בְּיַדֵּי*, proprie *anhelavit ad capiendum aliquid*; hinc ad vehementissimum desiderium et contatm ad obtinendum aliquid (conf. infra, 7, 2) transferunt, unde denique et *hauriendo absorbere, deglutire*, notat, ut Ezech. 38, 5, Amos, 7, 4. Ita quem admodum nomina *בְּיַדֵּי* et *בְּיַדֵּי*, sic verba quoque *בְּיַדֵּי* et *בְּיַדֵּי*, alii invicem respondent. Praetertitno interpretationes hujus loci plures alias, quarum multa valde sunt contorta, quaedam etiam absonae planè. Eas tamen qui nosse cupit, adeat Schultensii Commentarium. Conjecturas alias, quae vis se alicui prohibent, reperies in Simonis *Arcano formar.* p. 418 et in A. D. Michaelis ad *Supplem. Lexic. Hebr.* p. 2102. (Rosenmüller.)

dianâ constat experientia, quâ fieri videmus ut plurimum, qui opes injustè corraserant, aut nimis sordidè coacervaverant, amplissimè alicuius familiae in extremam repente calamitatem incidant, et omnibus planè facultatibus exata vel miserimam servitè servitum vel fame perire cogantur. Quod justo Deo jadicium hoc eodem sensu infra cap. 27, vers. 16, de divite impio pronuntiat: *Si comportaverit quasi terram argentum, et sicut lutum preparaverit vestimenta; preparabit quidem, sed justus vestietur illis, et argentum finientes dividet*. De quo suo loco.

Allegoricè. Vir ille stultus intelligitur populus Judaicus, cujus messen, id est, gratiam ceu cibum spiritalè accipit et comedit famelicis, scilicet populus christianus. Nam, ut benè D. Gregorius lib. 6 Moralium cap. 2: *Hujus, inquit, stulti messis fuerat sacri reges eloqui. Quaedam namque spicarum grana sunt verba prophetarum quae stultis habuit, sed non comedit, quia Judaicus populus legem quidem verbo tenens tenuit, sed per fatuitatis fastidium ab ejus intellectu jejunavit. Hujus vero stulti messem famelicis comedit, quia nimirum Gentilis populus verba legis intelligendo edit, ad quae plebs Judaica sine intellectu laboravit. En ut Judeus in mediis sibi quae propriis Scripturarum epulis esuriet, et vacuus ac jejunos remaneat; Gentilis vero populus isdem, licet quodammodo afficiens, plenus satretur, et cadenti benedictione repletur. Hoc nimirum est quod vult ad Isaia 5, 17: *Deserta in ubertatem versa advenit comedenti; ubi advenit, seu, ut alii ex Hebraeo vertunt, agit, hoc est Gentilis, leoniam se hauriunt fertitate deposita, et agnina mansuetudine assumpta, juxta classam interlinearem dicitur Scripturas à Judaice desertas et in ubertatem spiritalis intelligentiae versas epulatur. Quo quid stultus aut stolidus excogitari aut dici possit, quàm ut eò quis vesaniae vecordiae deveniat, ut uberrimam messen habeat, nec fructibus ejus vescatur? ut panibus abundet, ac fame pereat, eosque aliis in pabulum et alimentum relinquat? Quapropter Judaeus per Isaian Deum merito comminatur, dicens: *Eccè Dominator Domitius exercitum caeseret à Jerusalem et à Juda vallidum et fortem, omne robur panis et omne robur aquae*. In quem locum D. Hieronymus: *«Haben, inquit, Judei panem, sed absque fortitudine; habent aquas, sed absque robore; legunt enim Scripturas, sed non intelligunt; tenent membranas, et Christum, qui in membranis scriptus est, perdidit»*. Sic ille. Caeterum ne quis temere aut casu fortuito, haec geri arbitretur, prudenter subjungit:**

Ita legitimus olim amplissimas iniqui Labani opes justo Jacobo divitibus concessas, et fertilissimas impiorum regum Chanaan regiones in pium Hebraeorum populum translatis. Id quod et vesanum hujus seculi divitum praesertim avarorum vecordiam manifestè arguit, et divina erga suos benignitatis providentiam mirificè commendat, quae viros sanctos, pro volatilia caeli, quae neque serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, intellectos, ex aliorum etiam impiorum nonnancquam hominum labore, semente, messe horreisque luculenter sustentat, usque omnia ad victum et amicum necessaria suppeditat abundanter, cum ipsi interitum impii, qui ista congregaverant, rerum omnium penuriam laborent, ac fame pereant et contabescant. Id enim vox Graeca *εὐκαρπύθητι*, *exauriatur*, quâ hoc loco Septuaginta utuntur manifestè declarat; quam Polychronius elegantè interpretatur idem significare quod *εὐκαρπύθητι, δαπανήθητι*, *παροῦλας νεωβόλαται*, *exorbebitur, abusuetur, penitus evacuabitur*, ductâ nimirum transla-

tionè ab iis qui per siphonem vas aliquod exhauriunt, donec nihil amplius humoris in eo sit residuum; additque Symmachum quidem reddidisse: *Αὐτὸς ἐκαρπύθηται τὸν θύρον αὐτοῦ, ἀβρῶνται σιτηνὴν ποτῆν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἀβρῶνται σιτηνὴν ποτῆν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἀβρῶνται σιτηνὴν ποτῆν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ*. Aquilam verò: *Αὐτὸς ἐκαρπύθηται τὸν θύρον αὐτοῦ, ἀβρῶνται σιτηνὴν ποτῆν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἀβρῶνται σιτηνὴν ποτῆν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ*. Hoc eodem sensu infra cap. 27, vers. 16, de divite impio pronuntiat: *Si comportaverit quasi terram argentum, et sicut lutum preparaverit vestimenta; preparabit quidem, sed justus vestietur illis, et argentum finientes dividet*. De quo suo loco.

Allegoricè. Vir ille stultus intelligitur populus Judaicus, cujus messen, id est, gratiam ceu cibum spiritalè accipit et comedit famelicis, scilicet populus christianus. Nam, ut benè D. Gregorius lib. 6 Moralium cap. 2: *Hujus, inquit, stulti messis fuerat sacri reges eloqui. Quaedam namque spicarum grana sunt verba prophetarum quae stultis habuit, sed non comedit, quia Judaicus populus legem quidem verbo tenens tenuit, sed per fatuitatis fastidium ab ejus intellectu jejunavit. Hujus vero stulti messem famelicis comedit, quia nimirum Gentilis populus verba legis intelligendo edit, ad quae plebs Judaica sine intellectu laboravit. En ut Judeus in mediis sibi quae propriis Scripturarum epulis esuriet, et vacuus ac jejunos remaneat; Gentilis vero populus isdem, licet quodammodo afficiens, plenus satretur, et cadenti benedictione repletur. Hoc nimirum est quod vult ad Isaia 5, 17: *Deserta in ubertatem versa advenit comedenti; ubi advenit, seu, ut alii ex Hebraeo vertunt, agit, hoc est Gentilis, leoniam se hauriunt fertitate deposita, et agnina mansuetudine assumpta, juxta classam interlinearem dicitur Scripturas à Judaice desertas et in ubertatem spiritalis intelligentiae versas epulatur. Quo quid stultus aut stolidus excogitari aut dici possit, quàm ut eò quis vesaniae vecordiae deveniat, ut uberrimam messen habeat, nec fructibus ejus vescatur? ut panibus abundet, ac fame pereat, eosque aliis in pabulum et alimentum relinquat? Quapropter Judaeus per Isaian Deum merito comminatur, dicens: *Eccè Dominator Domitius exercitum caeseret à Jerusalem et à Juda vallidum et fortem, omne robur panis et omne robur aquae*. In quem locum D. Hieronymus: *«Haben, inquit, Judei panem, sed absque fortitudine; habent aquas, sed absque robore; legunt enim Scripturas, sed non intelligunt; tenent membranas, et Christum, qui in membranis scriptus est, perdidit»*. Sic ille. Caeterum ne quis temere aut casu fortuito, haec geri arbitretur, prudenter subjungit:**

Ita legitimus olim amplissimas iniqui Labani opes justo Jacobo divitibus concessas, et fertilissimas impiorum regum Chanaan regiones in pium Hebraeorum populum translatis. Id quod et vesanum hujus seculi divitum praesertim avarorum vecordiam manifestè arguit, et divina erga suos benignitatis providentiam mirificè commendat, quae viros sanctos, pro volatilia caeli, quae neque serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, intellectos, ex aliorum etiam impiorum nonnancquam hominum labore, semente, messe horreisque luculenter sustentat, usque omnia ad victum et amicum necessaria suppeditat abundanter, cum ipsi interitum impii, qui ista congregaverant, rerum omnium penuriam laborent, ac fame pereant et contabescant. Id enim vox Graeca *εὐκαρπύθητι*, *exauriatur*, quâ hoc loco Septuaginta utuntur manifestè declarat; quam Polychronius elegantè interpretatur idem significare quod *εὐκαρπύθητι, δαπανήθητι, παροῦλας νεωβόλαται*, *exorbebitur, abusuetur, penitus evacuabitur*, ductâ nimirum transla-

(Rosenmüller.)

sed Dei providentiâ mundum administrari, quæ consulit rebus humanis, non solum universis, verum etiam singulis; Dominum quippe omnium rerum ac moderatorum esse Deum, eaque quæ geruntur ejus geri directione atque numine, adeoque hæc sine causâ impis calamitates istiusmodi evenire, quandoquidem nihil adversi accidit in mundo sine causâ vel temerè, quod Deus non prævideat atque dispenset, aut saltem non permittat, cum tamen faciliè posset impedire. hæc tamen, quæcumque est calamitatum omnium et miseriarum causa, nequaquam extra hominem quaerenda est. Nam *de humo non oritur dolor*, id est, terra ipsa non subite sponte mala ista progerminat, neque casu ex humo, ut promiscuè solent herbae, ista nascuntur, sed facto priùs peccati semine, ex quo tota malorum pullulat seges. Non ergo terra, non aqua, non sol; non luna, non stella, non malus aer aut alia quævis creatura per se dolores hominibus creant, sed ipsemet homo sibi dolorum omnium et miseriarum, quæ vitam mortaliæm exagitant, fons et origo existit, dum peccatis suis iram Numinis accendit, et ad vindictam creaturas sollicitat, et ingentes in se ruinas extorquet. Id quod pulchre D. Gregorius lib. 6 Moralium cap. 5, his verbis declarat: *De humo dolor non egreditur, quia nequaquam poena de eâ nascitur creaturâ quæ percussit, sed de eâ procul dubio quæ peccando vim percussivam extorsit.* Non ab æstu solis, non ab aëris intemperie, non à violentiâ hominum, non à nequitia dæmonum, sed à seipso trahit impius tormenta sua, ipse solus pravâ suâ voluntate in causâ est, quod mille doloribus pungatur; hæc enim si nullam peccati labem imbuisset, nec Libitina foret malefica, nec à belluis furor, nec ab hostibus injuria, nec à demonibus poena fuisset. Nunc autem peccato lethi viâ semel patefactâ, omnigenæ calamitates quæ data porta ruunt, et quasi agmine facto morbi, mutilationes, cruciatus corpus obruant; animi ægritudines, invidia, horrores et turbulentissimæ passionis de statu mentis dejiciunt, unde pugne, dolus, malitia, incensiones urbium, internecciones civium, Provinciarum vastitas, rerumpublicarum interitus, eversiones imperiorum, cum damnorum et incommodorum hlaed, cum horrore stygio, cum formidandâ et ærumnosa aternitate. Horum sanè omninatum est et naturæ volatilibus omnibus, ut volent, et in sublime attollantur. Non est, quod aut terram, aut cælum, aut aliquam aliam externam causam homo incuset, quasi inde sibi veniant mala; sed ipse in sese suorum malorum et ærumnarum causam gerit, peccatum. Non spontè et sine causâ et veniunt, ut spontè à terrâ spinæ et cardui proveniunt, cum non aratur; sed ex hominibus peccato. Hanc esse virtusque hujus versis mentem, bene etiam perspecti, gen, qui in Jobi Naturâ et Virtut. p. 145, not., locum nostrum sic enarrat: *Non ex terra proveniunt dolores, neque humo efflorescunt labores, h. e. non sine causâ molestia perferenda sunt hominibus, non forte, vel caeco fato in miseria incidunt, sed per naturam suam molestias sibi parant, naturâ ad peccandum instigante, ut aves rapaci naturâ in altum se efferre gestunt.* (Rosenmuller.)

nium malorum unica et fontalis causa est peccatum, seu potius perversa hominis voluntas, quæ peccatum admittit, divinum Numen offendit, et vel invitum ad vindictam provocat.

Patec hoc in excidio Sodomitiarum, ad quos puniendos misit Dominus duos angelos visibili et eleganti formâ conspicuos, quibus totum supplicii negotium demandavit, ut flammis sulphureis nefandam urbem perderent. Sed quid opus erat tam diræ ultionis administratos tam formosâ specie inter perdendos homines apparere, nisi ut, dum in illos quoque scelesti Sodomitæ nefanda patrare moluntur, evidenter pateat, quàm ipsi soli sibi perditionis causa existant, et à tardantibus et quodammodo invitè et reluctantibus angelis sulphureum ignem extorquent. Quod expendens Salvianus lib. 1 de Gubernatione Dei eleganter ait: *Cum angelos Sodomitæ Deus mitteret, hoc nobis probare voluit, scilicet, ut cum legeremus, quæ de Sodomitâ angeli pertulissent, et videremus scelestorum immanitatem, criminum turpitudinem, libidinum obscœnitatem; probaret utique nobis Deus, quod ipse eos noluerit perdere, sed ipsi extorsissent, ut perirent.* Uni ergo sibi impetum imputare debet peccator perditionem suam et calamitatem quam patitur, quoniam ipse solus auctor est sui damni, sua causa est sui supplicii, quemadmodum Deus apud Oseam manifestè declarat, dicens, cap. 15, 9: *Perditio tua, Israel, id est, ut Glossa exponit: Tu es ipse causa tuæ perditionis.* Hinc si universis, quæ in peccatorem armanatur, creaturas expensas, nullam sanè præter ipsum invenies, in quam referri possit ejus causa damnationis. In sole enim et luna, et stellis, et igne, cæterisque, quibus non raro peccatores affliguntur, creaturis signa mera sunt, et interdum instrumenta humanæ perditionis, à vera ejus causa in solo homine residet.

Hinc malè tamen Eliphaz S. Jobum gravioris alicujus criminis arguere conatur, tantum non istiusmodi formans argumentum, ac si dicat: Expende, mi Job, causarum effectorumque contextum; boni namque philosophi est nexum rerum, quarum alie nascuntur ex aliis, contemplari. Cum ergo nihil in orbè terrarum sine causâ eveniat, consequens hæc esse etiam calamitatem tuam non absque certâ et determinatâ causâ contigisse; atqui sola poenæ causa est culpa, quare omnino necesse est te gravem et noxam culpam ac delictum admisisse, quod tam horrendo supplicio afficiaris. Ita quidem Eliphaz argumentatur, sed malè, quia Dei providentiâ obruncta et mutata, arbitratus solam culpam unicam esse causam irrogandæ calamitatis, cum, ut in superioribus capitulis non semel indicavimus, satis constat non eam solam, nec adequatam esse calamitatum, hujus præsertim vite, causam, quandoquidem pii non raro viri omnium culpâ vacantes, et animi robore præstantes, ad virtutem coram perficendum et constantiam coronandâ à Deo permittantur eam maximis in hæc vitâ difficultatibus confictari, atque exquisitis interdum tormentis excrucitari, quod ipsum tanquam exitum

amicorum Dei argumentum et nota maxime illustris in ipsomet Christo Domino, adeoque Jobo ejus antitypo, communi Patrum præconio celebratur.

VERS. 7. — HOMO NASCITUR AD LABOREM, ET AVIS AD VOLATUM(1). Præcedenti versu Eliphaz dixerat nihil sine causâ, id est, sine Numinis providentiâ, in orbè geri, quod jam allato hominis avisque exemplo confirmat, quorum unicuique nature sue congruenter Deus necessaria, quibus vitam sustentet ac tueatur, præsidia contulit, homini quidem manus ad laborandum, et super omnia dædalum ingenium, ad quilibet quod ex usu sit excogitandum sibi comparandum apprimè sagax et accommodum; avi verò, quod ratione

(1) Verba אדם נולד לעמל אדם non significant: Homo ad miseria natus est subeundus, quasi hic finis sit: sed Homo ita naturâ comparatus est, ut molestias conatibus suis sibi contrahat; propter naturam nimis perfectam non potest, quin interdum erret et erroribus in mala incidat. Sic apud Græcos ἀπειρηται usurpatur. Xenoph. Cyrop. 5, 1, 10. ἄπειρον γὰρ ὄρε τοῦτον (edendi) hibendi, etc. cupiditate et appetitu) ἀπειρηταί, et lib. 1, 4, 5: ἄπειρος παρακότης sunt homines quales sunt naturâ, non doctrinâ imbuti et disciplinâ. Epictet. 58. ἄπειρος γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶσι ἄνθρωποι, πᾶσι πρὸς τὰς ἀπορροιαὶς καὶ τὰς ἀπορροιαί, φέρουσιν καὶ ἄπειρος πρὸς τὸν πρᾶξιον ἄπειρος, cum scholæ, pro lubidine more Chaldaico, ut Jul. 15, 8, 18, 29, vel futurum hophal (ut sequitur בלדלו) cum dagesch forti supervacuo. In Bibliis tamen Athianis (Amstelod. 1661, in-8) melius לולד sine dagesch expressum est. Conf. יולד Isa. 28, 27. (Rosenmuller.)

ET AVIS AD VOLATUM עוף נולד לרעף. Et (vel, ut, filii prave vel scintillæ, scintillæ pronarum) attollunt volatum, vel, attollunt sese ad volandum. Ellipsis gemina. Exaltant volare, vel, in sublime volant. Sensus est: Sicut scintillæ naturâ effervunt, sed statim resolvuntur, et in cinerem descendant, ita homo calore quidem innato ad tempus tollitur, ut scintilla igne suo, sed eo ipso resolvitur. Sic et nos volamus. Psal. 90, 10, 13 hic est adequationis, ut Prov. 25, 25 et alibi, notatque comparationem similitudinis membro positum significet sic, et faciat illud retributivum ad prius: non tamen prius membrum format, et sign. sicut. Ego sic verto: Et scintilla in altum evolare eum faceret q. d.: Homo tante est levitatis et vanitatis, ut non solum ignis (qui levissimum secum rapit), sed vel sola scintilla (quæ ad levissimam abripienda sufficit) eum abripere, et sursum quasi volando auferre, queant. Alii בני רעף reddunt, filii volacris, quod quidam ad certam speciem restringunt: Pulli vulvaris, sive aquilarum. Naturale est scintillis et volatilibus ut volent, et in sublime attollantur. Alii locum aliter exponunt: Homo natus est ad iniquitatem faciendam, tanquam aliqui inter homines filii scintillæ, q. d.: Filii lucis, clarissimi virtutibus emicant, et veluti pennis in cælum supra cæteros evolant. Vel sic: Filii presteris, id est, crebri et violentissimi presteres et turbines calamitatum involvunt in eum altissimè, omnemque ejus vitam amburent et proterent. Sensus hujus versus est: Non debes, o Job; nimium dolere aut queri propter ærumnas; nam proprium est hominis adversis conficari. אדם נולד לעמל אדם וצפור נולד לרעף. Vita et ærumna congeneris sunt; Menander: Natura in curas hominum genus: Thul. 5, 4: Sic nati sumus, ut sæpius ad verba languamus. Fugiant voluptates, et bona cujusque rei tam brevis usus, quam levis sensus, est. Alii sic: Quod penas dant improbi, id non ab ullâ re terrestri proficiscitur, sed à Deo, qui elicit ut tam prope sit improborum ærumnosus esse, quam naturale est stricturis in sublime ferri. (Synops.)

careat et agriculturam nesciat, alas, quibus ad cibum advolet ac manus aucupis effugiat. Ita D. Thomas ad hunc locum, quem libens sequor, licet Pineda noster et Sanctius ab illo recedant, qui varias addunt alias, hæc cum præcedentibus connectendi rationes, quas sigillatim recensere ac refellere non est mei instituti, cui satis est eam quam simplicioream ac textui conformiorem judico, indicasse, ut ex eâ deinde aliquid, quod ad doctrinam et morum institutionem conferat, eruamus.

Sensus itaque verborum Eliphazi, et vis argumenti, quo Joham vel consolatur vel perstringit, est hujusmodi, ac si dicat: Non frustra, mi Job, tantis cruciatibus affligeris, cum non de humo aut ex acre, sed ex culpa et peccato, quo non cares, dolor ac poena oriatur; at esto, ut temetipsum insolenter jectas, verè innocens esses; et omni prorsus culpâ vacares, sicut avis ad volatum, quare non est quod indigneris, quod conqueraris, quod irâ et furore temetipsum consumas et occidas, singultibus et ululatibus cuncta replens, cum id solim tibi accidit, quod cuilibet communi, quâ in hanc lucem editi sumus, nature lege, vel ob solum peccatum originale potest accidere. Hanc itaque calamitatem tuam ut æquo animo feras, et à tantis querelis absideas necesse est.

Videtur autem hic alludere ad id quod Moyes in Cosmopæia de architecto rerum omnium Deo post hominis creationem immediate subjungit, illum scilicet cessavisse ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret, hoc est, ad faciendum, sive ad operandum, volens nimirum (sicut ad illum locum Ambrosius Catharinus animadvertit) hominem similiter seque deibus, id est, toto hujus mortalis vite tempore, operari, ut in septimo, id est, futuræ vite seculo, possit requiescere, exemplo scilicet Domini sui, qui non nisi post laborem et sex dierum opus ad dulcissimam quietem venire voluit. Hebraea lectio manifestè hoc insinuat, quæ sic habet: אשר ברא את יום לעשות, Aser bara Elohim lahasot, id est, quod creaverat Deus ad faciendum, ita ut opus et continuus in agendo labor homini vel ipsamet creationis lege incumbat. Cum enim homo ex rebus diversis ac repugnantibus configuratus sit, animo et corpore, id est, spiritu et carne, æviterno ac temporali, intelligibili et sensibili, luce prædido atque tenebroso, ratio et necessitas exigebat, et bona homini proponi et mala, bona quibus utatur, mala quæ vitet et caveat; quomolorem illi data est intelligentia, ut cognitâ bonorum malorumque natura, et in appetendis bonis et malis declinandis vim suâ rationis exerceat. In quo cum ob continuam spiritus et carnis luctam haud exiguus labor examlandus sit, jure merito dicitur homo nasci ad laborem, quod non de fine, sed de medio ad consequendum finem intelligentiam est, adeoque certum existit, ut in felicissimo etiam innocentie statu, de Adam scriptum sit: Posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur et custodiret illum. Quod more suo eleganter D. Chrysostomus hom. 14 in Genesin his verbis exponit: